Verſ. *Hinc ad effugiendam inhumanam pœnam.*

2 In Hiſpania delinquentes in eremo, ſi pœna mortis ſint digni, ac per Judices, qui, *de la hermandat*, noſtro idiomate nuncupantur, ſint puniendi, ſagittarum ictibus enecabantur, ſed hodie prius faucibus compreſſis occiduntur, ac in cadavera ſagittæ mittuntur, ut notat Greg. Lop. *in lib.* 12. *gloſ.*7. *in fine, titul.* 8. *part.* 7. Padilla *de pœn. delictor. part.*1. *cap.*28. *num.* 7.

AD CAPUT IV.

De exequutione publici, vel privati inſtrumenti, traduntur aliqua: & cùm exequi poſſit quod liquidam quantitatem non continent.

SUMMARIUM.

1 *De exequutione publici inſtrumenti qui tractent.*
2 *Exequutio an peti poſſit ex inſtrumento, quo quid liquidum non debetur; ad n.*10.
3 *Tutor, vel alius adminiſtrator, exequutive non convenitur ante rationum diſpunctionem.*
11 *Inſtrumentum exequibile eſt, quo certa quantitas, vini, ve frumenti debetur, etſi pretium incertum ſit.*
12 *Exequutivè agi poteſt pro debito non liquido, ſi culpa debitoris liquidari non poſſit.*
13 *Ex inſtrumento conditionali quando exequutivè agi poſſit, & num.* 10.
15 *Quæ forma in exequutione ſervetur, remiſſivè.*
16 *De proclamatibus ad diſtractionem bonorum, in quibus exequutio facta eſt, ad n.* 19.
20 *Bona diſtracta quando reſtitui poſſint debitoribus, debito perſoluto? remiſſive. Et an liceat Judicibus inferioribus reſtitutionem facere, n.* 21.
22 *Utrùm inſtrumentum de jure Regio habens paratam exequutionem exequendum ſit, ſi ei clauſula guarentigia incerta non ſit, ad n.* 25.
26 *Inſtrumentum confectum, ubi paratam exequutionem habet ex ſtatuto, an exequibile ſit in loco in quo tale ſtatutum non eſt; & è contra, & n.* 27.
28 *Chirographum à debitore recognitum paratam habet apud nos exequutionem.*
29 *Secùs ſi non fuerit recognitum, etſi obligatus conſenſerit, ut via exequtiva ex eo agi poſſit.*
30 *Chirographum recognitum, quando & à quo tam recognoſcenti, quàm aliis ejus creditoribus præjudicet, ad num.* 32.
33 *De recognitione privatæ ſcripturæ, ad num.*35.
36 *De promiſſione ſolvendi tribus terminis, die non expreſſo? remiſſivè.*

1 De judicio exequutivo, ac de interpretatione legum Regiarum, quæ paratam exequutionem publicis tribuunt inſtrumentis, videndi ſunt Roderic. Suar. *in l. poſt rem judicatam, ff. de re judicat.* Ant.Gom. *in l.*64. *Taur.* Guttier. *practicar. lib.*1. *quæſt.*110. *cum ſeqq.* Aviles *in cap.*10. *Prætor. verb. execution.* Parlador. *rer. quotidianar. lib.*2. *cap fin.* Carleval. *de judic. tom.*2. *tit.*3. *diſp.*1. *cum aliis,* Avendañ. *in c. Prætor. part.*2. *c.*30. *& in declarat. ad l.*4 *&* 5. *tit. de las excepciones, lib.*3. *Ordinam.* Amad. Rodrig. *in tract. de exequut.* Anton.Canar. *eod. tract.* Cancer. *variar. reſolut. part.*2. *c.*3. *de inſtrument. guarent* Azeved. *in l.*1. *& ſeqq tit.*21. *lib.*4. *Recopilat.* Pichard. *in manuduct. ad prax. part.* 2. Paz *in prax. tom.*1. *part.*4. Didac.Per. *in l.*4. *gloſ.*1. *tit.*8. *lib.*3. *Ordinament.* Villadieg. *in politic. capit.*2. Cur. Philipp. *part.*2. Coler. de *proceſſ. exequutiv.* Aſin. *de exequutionib.*

Ad Num. 1.

2 Ex inſtrumento publico, ubi paratam habet exequutionem, poteſt peti exequutio, quamvis incertam quantitatem contineat, ut damna, vel intereſſe; modò ante omnia in limine viæ exequutivæ quantitas liquidetur, Meneſ. *in l.*1. *n.*47. *ff. de legat.*2. Cacheran. *deciſ.*129. *ex num.*10. Canar. *ſup. quæſt.*14. *n.*53. Barz. *de guarentig. quæſt.*2. Scacc. *tract. de appellat. quæſt.*17. *limit.*9. *à num.*14. Didac.Per. *d. gloſ.*1. *verſ. Verum autem exequutio,* Peralt. *in d. l.*1. *num.*82. *ff. de legat.* 2. Carlev. *ſup. diſputat.*3. *n.*46. Hermoſ. *in l.*10. *gloſ.*4. *n.*448. *tit.*1. *part.*5. Guttier. *practicar lib.*3. *quæſt.*39. *à num.*16. Paz *ſup. cap.*1. *num.*15. *cum ſeqq.* Cevall. *commun. tom.*3. *quæſt.*662. Cur. Philipp. §.8. *n.*1. Azeved. *in d. l.*1. *n.*35. Gallec. *ad form. Camer. obligat. q.* 35. *à n.* 6.

Ibi : *Item ſententia plerumque fertur.*

3 Nota, dupliciter poſſe tutorem, vel alium adminiſtratorem conveniri ex inſtrumento adminiſtrationis, paratam exequutionem habente, vel ut redditis rationibus reliqua tradat, vel ut ante earum diſpunctionem, quæ in inventario deſcripta ſunt, cum effectu reſtituat. Amat. *variar. lib.*2. *reſolut.*59. *n.*22.23. Primo caſu exequutivè agi poterit, ut in eadem via exequutiva computatio fiat, antequam ad capturam pignorum, aut perſonæ, deveniatur; & facta, adminiſtrator reſidua ſolvat, Parlador. *ſup. part.*1. §.12. *limit.* 4. *num.*34. Cur. Philipp. *num.*2. Secundo, exequutivè agere nullo modo licet; nam tutor rationes offerens liberabitur à via exequutiva, Carlev. *diſput.*7. *num.*9. Guttier. *de Tutel. part.*3. *cap.*1. *num.*53. Amat. *ubi proximè, n.*24. omninò videndus *per tot. reſolut.* ubi tradit diſtinctionem inter bona mobilia, & immobilia deſcripta in inventario; ac docet, quibus caſibus poſſit tutor exequutivè conveniri ante rationum computationem.

Verſ. *Contraria opinio.*

4 Sed quod non liceat viam exequutivam intentare, quoties debitum liquidum non eſt, docent Suar. *ſup. in declarat. leg. Regn. lim.*4. *à num.*2. Cap. *deciſ.*17. Menoch. *de adipiſcend. remed.*5. *num.*59. ubi magis communem dixit. Oroſc. *in l.*1. *num.*5. *ff. de edend.* Ceballos. *milleloq.*625. Aſin. *ſup.* §.1. *cap.*29. *à n.*8. Rocc. *cap.*1. *num.*4. *num.*29. Cancer. *ſup. part.*1. *cap.*17. *num.*3. *& d.c.*3. *num.*5. Caravit. *rit.*167. *à num.*4. Intriglol. *lib.*2. *num.*1. Coler. *ſup. part.*3. *cap.*1. *num.*2. *cum aliis,* Amat. *num.*16. ubi plurimi Parlador. *ubi proximè, num.*28. Noguerol. *allegat.*33. *num.*46. Villadieg. *d. cap.*2. *num.*21. Quæ ſententia, quoad effectum in quo inter ſe differat: ſtatim dicemus; hæc tamen magis juris rigori convenit, ut probabitur *infra. n.*9.

Ibi : *Quod Regia lex expreſſim exigit.*

5 Idem juris eſſet ſi id expreſſum non fuiſſet, nam quoties ſtatutum paratam inſtrumentis tribuit exequutionem ſubintelligitur pro quantitate liquida, Menoch. *ſup. remed.*5. *num.*190. Galleſ. *ſup. tit. de liquida. n.*11. Aſin. *d.c.*29. *n.*8.18. Ant.Amat. *n.*17. Carpan. *ad ſtatuta Mediolan. lib.*1. *c.*42. *n.*29. Amat. *deciſ.*419. *num.* 39.

Verſ. *In ſumma inſtrumenti non liquidi.*

6 Adde Hermoſ. *n.*442. *cum ſeqq.* Guttier. *d.q.*39. *ex nu.*13. Suarez *d. lim.*4. *à num.*2. Paz Galleſ. *ubi proximè,* Carleval. *dict. diſput.*3. *n.*42. *cum ſeqq.* Ex quibus conſtat, omnes ferè in hoc convenire, ut antequam debitum liquidetur, nequaquam pignora, aut perſona debitoris capi poſſint: differunt tamen, quia ſecundum primam ſententiam, cauſa celerius expeditur, ſiquidem, rationibus diſcuſſis, ſtatim abſque aliqua Judicis pronunciatione mandatum exequutivum decernitur. At juxta ſecundam, ſententia ſuper liquidatione deſideratur, à qua reus appellationem interponere non prohibebitur, etiam quoad effectum ſuſpenſivum, Cancer *d. cap.*17. *num.*36. Menoch. *d. remed.*3. *n.*192. Galleſ. *d. tit. de liquidat. n.*3. Celſ. Hug. *conſ.*45. *num.*4. & ita omnes communiter, quidquid dicat Parlador. *n.*32.

7 Illud eſt obſervandum, ut quemadmodumcumque de liquidatione tractetur, neceſſe eſt Rei citationem intervenire Parlad. *n.*30. Suar. *ubi proximè,* & alii.

Verſ. *Cæterùm Paulus Caſtrenſis.*

8 Hanc *Pauli Caſtrenſis* ſententiam, ut ſcilicèt ante liquidationem debiti poſſint pignora capi, ac perſona debitoris carcerari, quando via exequutiva experitur; probat Guttier. *dict. quæſt.*39. *n.*19. ubi ait, *Hanc praxim poſſe ſuſtineri:* Roman. *in l.* 1. *ff. de edend.* Aviles *in d. c.*10. *Prætor. verb. execution. num.* 53 Boër. *deciſ.* 295. *num.*15. Hieronym. de Leon *Valent. deciſ.* 64. *num.*9. D.Larrea *allegat. fiſcal. tom.*2. *allegat.*78. *num.*23. eamque communem dixere Jaſ. *in l.*1. *ff. de edend. n.*31. Vivi. *commun. libr.*1. *opin.*305. Emman. Suar. *com. tract. verb. inſtrumentum.* Ipſam tamen impugnant cum *D. Covarruv.* nedum illi; qui abſolutè inficiantur, locum exequutioni eſſe pro non liquido, verùm etiam, qui viam exequutivam admittuntur; ut Parlador. *n.*28. Suar. *in d l. poſt rem judicatam; limit.*4. Peralt. Hermoſ. Paz, Carleval. Guttier. & alii *ſuprà* allegati. Nec qui pro *Paulo Caſtrenſi* laudantur, omnes expreſſim ipſius ſententiam probant: non enim aſſerunt, poſſe ad capturam pignorum, non liquidato debito, veniri; ſed quod inſtrumentum eſt exequibile, modo in proſequutione viæ exequutivæ de certa quantitate conſtet; & ita loquuntur D. Larrea, Leon, & Boër. De quo iterum *n. ſeq.*

Verſ. *Primum, ex his conſtat.*

9 Ad circuitus vitandos, qui primæ ſententiæ adhærent; monent Judicem, ut cum via exequutiva, agitur, à pronuntiatione ſuper liquidatione abſtineat, ne ad appellandum reo pateat aditus, Guttier. *d. quæſt.*39. *n.*4. Hermoſ. *n.*450. Carleval. *n.* 44. Paz *n.*17. At quando via ordinaria ad liquidationem proceditur, ſententia omnino opus eſt; ut ex pluribus Carleval. *ubi proximè.* Sed quidquid praxis obſervat, de jure verior videtur, agi non poſſe executivè virtute inſtrumenti, quo certa quantitas non continetur, niſi prius via ordinaria liquidetur; quoniam cauſa liquidationis diſtincta eſt à principali ſuper exactione debiti, Menoch. *ſup. d. remed.*5. *n.*71. Galleſ. *tit. de liquidat. n.*3. *&* cum Statum concedens inſtrumentis paratam exequutionem, requirat, ut debitum ſit liquidum, Tuſch. *lit. S. con.*532. *n.*55. & dixi *ſup. n.*5. priùs ea qualitas, ſecundum communes juris regulas verificanda eſt; quàm beneficio legis creditor utatur: juxta communem DD. opinionem, qui hoc generaliter tradunt, Bald *in l. mancipia, C. de ſerv. fugitiv.* Bertaz. *conſ. crimin.*144. *n.*8. Cyriac. *tom.*2. *controv.* 216. *n.*18. Unde quamvis fiſcus privilegium habeat conveniendi via exequutiva ſuos debitores, intelligitur, ſi debitum ſit liquidum, Tuſch. *n.*68. atque ideò tenetur via ordinaria agere ad liquidationem, antequam ad exequutivam accedat; Peregr. *de jur. fiſc. lib.*7. *tit.*7. *n.*5. *verſ. Si verò debitum non eſt liquidum,* Surd. *deciſ.* 18. *ex n.*2. Mauſon. *de cauſ. exequutiv. ampliat.*8. *n.*12.13. Novat. Tandem cum hoc quòd inſtrumentum, Tuſch. *n.*86. Parlador. *d. part.*1. *c.* 11. *n.*1. *in princip.* Azev. *in d.*1. *in princip. tit.*21. *lib.*4. *Recopil.* & omnes præmittunt; eſt potius reſtringendum, quàm ampliandum; Ant. Theſaur. *deciſ.*26. *à n.*1. Cancer. *d. cap.*3. *num.*1. ubi alios refert.

Verſ. *Secundò, deducitur.*

10 De hac diſtinctione inter judicium univerſale, & particulare, quoad viam exequutivam, agit Tuſch. *ſup. nu.*63. Mynſinger. *centur.*2. *obſervat.*6. ubi ait, ſecundum eam, Imperialem Cameram judicaſſe, Theſaur. *ubi proximè, n.*6. Quam magis communiter DD. præallegati rejiciunt.

Verſ. *Quartò, omnibus his.*

11 Certa quantitate frumenti, vel olei debita, poteſt fieri exequutio pro pretio, ac pignore capi, etſi illud ſit incertum; quoniam ſufficit in proſequutione viæ exequutivæ liquidari, D.Larrea *d. allegat.*78. *n.*23. Cancer. *ſup. num.*12. Guttier. *d.c.*39. *n.*23. ubi ſubdit, cautos creditores ſolere in prima petitione majorem vini, vel tritici valorem proteſtari, ac deinceps exhibere teſtimoniales literas Tabellionis teſtificantis de majori pretio, ut juxta illud pecunia ſolvatur, Paz. *ſup. n.*18. *in fine.*

Eſt & alius caſus, in quo æquiſſimum erit, præfatam *Pauli Caſtrenſis* ſententiam practicari; cum ſcilicet per ipſum debitorem ſtat, ne quod debet, liquidetur; quoniam tunc pignora capi poterunt uſque ad ſummam Judicis arbitrio præſcriptam, D.Larrea *n.*24. 12

Ad Num. 2.

Inſtrumentum publicum conditionale poteſt exequutioni mandari, modo priùs de exiſtentia conditionis apud Judicem doceatur, Ant.Gom. *in d. l.*64. *Taur. n.*7. Parlad. §. 12. *limit.*5. Guttier. *n.*12. D.Larrea *n.*25. Carleval. *n.*41. Paz *ubi proximè,* Avil. *dict. verb. Exequutio, num.* 57. Azeved. *num.*40. Villadieg. *ſup. numer.*23. Cur Philipp. §. 7. *num.*7. 13

Id ipſum in conditione tacita locum obtinet, ut ſi maritus agat ad dotem ſibi promiſſam; qui non alias exequutiva via uti poterit; niſi nuptias contraxiſſe priùs oſtendat; ſed ſi notorium fuerit, ab onere probationis liberabitur; ſi verò reus non appellaverit, & in proſequutione judicii actor matrimonium initum eſſe probet, proceſſus valebit, Suar. *d. limit.*4. *num.*2. Parlador. Cur. Philipp. *ubi proximè,* Azeved. *n.*37.40.

Verſ. *In hac tamen.*

De formà, qua exequutio fit, ac perficitur, agit, *l.*19. *titul.*21. *lib.*4. *Recopilation.* ubi latè Azeved. Carleval *dict. tit.*3. *diſput.*1. *à num.*27. Amad. Rodrig. *cap.*5. Guttier. *d. c.*2. *q.*13. *cum ſeqq.* Parlador. *d. cap. fin. part.*5. *per tot.* Paz *part.*4. *cap.*27. Villadieg. *ſup. à nu.*67. Cur. Philipp. §.14. *cum aliis.* 14

Quibus diebus præconizandum ſit ad diſtractionem captorum pignorum? decet Paz. *d.c.*2. *n.*39. Cur. Philipp. §.17. *num.*4. ex quibus conſtat, triginta dies in venditione immobilium lapſuros, & in mobilium decem dinumerandos à primo proclamate. 15

Aliquando termini præſcripti *d. l. Regia,* ad ſubhaſtationem rerum diſtrahendarum, non obſervantur; nam favore Fiſci conſtitutum eſt, ut bona mobilia fiſcalium debitorum vendantur tribus proclamatibus intra triduum ſucceſſivè præmiſſis, immobilia verò intra novem dies, ut habetur *in l.*18. *tit.*7. *lib.*9. *Recopil.* Ita ut primo caſu quatuor, ſecundo decem dies prætereant: Cur. Philipp. *ubi proximè,* quod notat Parlador. *ſup. part.*5. §.8. *n.*4. Carleval. *n.*28. Cur. Philipp. *n.*2. paz. *n.*40. Idem conſtituit *l.*43. *tit.* 13. *lib.*8. *Recopil.* circa ea, quæ venduntur ſub haſta pro fraternitate, vulgò *Hermandad,* Parlador. Cur. Philipp. *ubi proximè,* Avendan. *in dictionario, verb. almoneda, & in c. Prætor. part.*2. *c.*12. Similiter delegatum; vel exequutorem, cui tempus præfixum eſt, poſſe terminos proclamatum coarctare, ne alioquin propter termini lapſum perficere executionem impediatur, docent DD. *in c. de cauſis, de offic. delegat.* & notat Parlador. *ubi proximè.* 16

Quod ſi nulla ex cauſa termini proclamatum reſtringantur, vitiabitur exequutio quoad ſubhaſtationem, & reliqua poſtea facta, quæ denuò erunt iteranda, ſed antea geſta in ſuo robore permanebunt, parlad. *n.*7.8. paz *n.*39. Cur. Philipp. *n.*7. ubi *n.*5. notatur, quod ſi ſimul capiantur bona mobilia, & immobilia, neceſſe non eſt, niſi tria proclamata pro omnibus, eo ſcilicèt ordine, qui ad immobilia deſideratur. Protelatio verò terminorum nullum præjudicium affert exequutioni, ut præfati advertunt. Ratio differentiæ in promptu eſt; nam etſi utroque caſu contra formam legis Regiæ fiat, tamen in primo ſolùm nullitas locum habet, eo, quod reo expedit, ut proceſſus in ſe factus irritetur, in cujus favorem dilationes tot dierum ſunt introductæ. At in ſecundo nullitas obeſſet actori, cum iterùm agendum foret, ſolutóque differretur, cui lex proſpexit, dum terminum ad certos dies reſtrinxit. Unde ſi nullum eſſe proceſſum quoad ſubhaſtationem diceremus, quia Judex amplius tempus ad diſtrahenda bona conceſſit, eveniret, ut quod favore actoris inductum eſt, in ejuſ- 17

dem damnum retorqueretur;contra regulam *l.quod ſavore, cum vulgatis, C. de legib.* & quod actus geſtus contra formam legis teneat,quando nullitas eſſet nociva ei, cui lex conſultum voluit, dum formam dedit, probat mirabilis textus exactè intellectus,*in l.ſi duobus* 12.§ *Si priùs,ff.de bonor.poſſeſſ.cont. tabul.*

Sunt aliqui caſus, in quibus ſolemnitas præconiorum
19 non obſervatur. *Primus* eſt,ſi præco ad diſtrahenda pignora non reperiatur,nam per edicta ſuppleri poterit, vel ſat erit, ut licitatio per Iudicem, alióſve juſtitiæ miniſtros fiat;Parlador.*num.*5. Avendañ. *d.cap.* 12.*num.* 2. *Secundus*, quando reus ei ſolemnitati renunciat, ſed non ideò cenſetur terminis præconiorum renunciare, qui præterire debent,antequam ad ultimam citationem addictionis deveniatur;Carleval.*d.tit.*3.*diſp.*2.*num.*5. Rodrig.*ſup. c.*5.*n.* 81. Cur.Philip.*num.*8.Quamvis Paz,*ubi proximè*, ſentiat, proclamatum dilationibus.*Tertius* eſt, cum res quæ capitur vendenda non eſt ad ſatisfactionem creditoris, veluti ſi ſit pecunia;aut quid in ſpecie debitum;nam ceſſante venditione proclamata ſuperflua ſunt, ac perconſequens terminorum lapſus non deſideratur,Cur.Philip *ibidem*, Carleval.*d.diſp.*2.*n.*15.ubi per totam explicat, quomodò executio in pecunia facta debeat expediri.

Ad Num. 3.

20 Adde Parlador.*part.*5.§.16.*n.*7.8.Carleval. *d. tit.*3. *diſp.* 24.*num.*7. Paz,*cap.*3.*n.*48.49,Guttier.*practicar.lib.*2. *quæſt.* 161.*anu.*2.Didac.Perez.*in dict.l.*4.*col.* 1072. *verſ. Dubitari præterea.titul.*8.*lib.*3.*Ordinam.*Cevall.*tom.*1. *quæſt.* 633. *nu.* 7.8. Cur.Philippic.§.22.*numer.* 18. 19. & alios apud Carleval.

Ibi : *Quod ſi ſubhaſtatio.*

Videas proximè laudatos, præſertim *Parlador*, qui hoc
21 quod de Supremis Iudicibus dicitur, ad inferiores extendit,qui reprehenſione digni non ſunt, ſi Majorum veſtigia ſectantes,æquitate eadem erga debitores utantur.

Verſ. *Illud ſanè omittendum.*

22 Ad hoc ut inſtrumentum publicum habeat de jure Regio exequutionem paratam,clauſula guarentigia non eget, Ant.Gom.*in l.*64.*Taur.n.*4.Parlador.*part.*1.§.11.*ampliat.*2. *à n.*10.D.Larrea,*d.allegat.*78.*n.*5.Didac.Perez.*d.l.*4.*gloſ.* 1. *tit.*8.*lic.*3.*Ordin.*Olan.*in antinom. jur. lit.I.n.*4. Azeved. *in dict.l.*1.*numer.*53.54.*tit.*21.*lib.*4.*Recop.* Palac. Rub. *in l.*63. *Taur.*Avendañ.*in diction. ar.verb.ſcriptura,& in l.*4.& 5.*tit.de de las excepciones,nu.*22.*circa finem*,Hermoſ.*in l.*6.*gloſ. ultim n.*3.*in fine,tit.*5.*part.*5.Salaz.*de uſu,& conſuetud. c.* 3. *nu.*4. Gratian.Falcon,*reg.*179.*n.*9.Carleval.*d.tit.*3.*diſp.*6.*n.*9. Matienç.*in l.*10.*gloſ.*9.*tit.*17.*lib.*5. *Recopil.* Cur.Philip.§. 7.*n.* 1. quod magis arridet.

23 Eſt autem clauſula guarentigia,per quam contrahentes præſtant facultatem omnibus Judicibus, ut in ſe exequutio fiat,perinde ac ſi quod inſtrumento comprehenditur, re judicata fuiſſet definitum, ut cum plurimis probat Carleval.*ubi proximè, num.* 7.Parlador.*ſup. ampliat.* 1.*num.*5. Azeved.*num.*53.quamvis alio ſenſu inſtrumentum clauſulam guarentigiam habere dicatur, ut videre eſt apud Cancer.*d.cap* 3.*num.*67.Menoch.*de arbitr.lib.*2.*caſ.*17.*n.*6.Azeved.*n.*54.

24 Contrariam verò partem cum *D.Covar.* tuentur Meneſ. *in l.*1.*num.*21.*C.de jur.& fact. ignorant.*Felician.*de cenſib.lib.*3.*cap.*1.*ex num.*3.Segura *in l.ſi ex legati cauſa,num.* 71.78. *ff.de verbor.obligat.*Valdes ad Suar.*ſup.in declarat. leg. Reg. num.*10.Rodrig.*ubi ſup.cap.*1.*art.*4.*num.* 19.Paz *c.* 1.*num.* 10. Cevall.*quæſt.*690.*num.*5.Baëza,*de inop.debitor.cap.*1.*num.*31. Guttier.*practicar.lib.*1.*quæſt.* 110.*& de jurament. confirmat. part.*1.*c.*62.*n.* 6. Queſada *in ſuis quæſtion. Fiſc.q.* 9. Gironda *de gabell. part.*2.§.1.*n.*15.

Quare ſolet ſuppoſito, quod hæc opinio ultima in pra-
25 xi recepta ſit, utrum cenſeatur adjecta, quamvis omiſſa ſit, clauſula guarentigia, cùm hodie de conſuetudine in omnibus inſtrumentis apponatur? & affirmativè aliqui reſponderunt,juxta *l.quod ſi nolit,*§.*Quia aſſidua,ff.de ædilit.edicto.* Contrarium tamen verius eſt, ut ex aliis reſolvit Cevall. *d.q.*690.*in fine*,pro quibus facit *l. quicquid* 99.*ff. de verbor. obligat.*

Illud prætermittendum non eſt, inſtrumenta,quæ apud
nos paratam habent exequutionem, exequi non poſſe, ſi 26
agatur ubi tale Statutum non viget;& è contrario, ſi conficiantur, ubi paratam exequutionem non obtinent ac in Hiſpania experiatur,via exequutiva reus poterit conveniri ſi inſtrumenta eas qualitates contineant, quæ apud nos deſiderantur ad agendum exequutivè; nam etſi quoad litis deciſionem ſtandum ſit legibus loci, in quo obligatio contrahitur;quoad ordinem judicij attenditur,quod obſervatur, ubi petitur;Ant Gom.*in d.l.*64.*num.*8.9.Parlador. *part.* 1. §. 11.*ampliat.*3.*num.*13.Didac.Perez *in d.l.*4.*Ordinam.*Gregor. Lop. *in l.*8.*gloſ.fin titul.*18.*part.*3. Cur. Philip. §. 7. *num.* 3. Paz,*ſup.d.part.*4.*cap.*3.*num.* 29. Quanquam inſtrumentum confectum,ubi paratam exequutionem non habet, exequi non poſſe,licet petatur in loco, in quo eſt exequibile ex Statuto,defendat Cancer *dict.cap.*3.*num* 19.ſequutus Mart. Monter.*deciſ.*9.*num.*52. qui alios refert.

Sed quod inſtrumentum exequendum non ſit, ubi non
eſt exequibile,etſi conficiatur ubi exequutionem paratam 27
habet,ampliatur, licèt Judex procedat ex literis requiſitoriis, v.g.ſi Judex Caſtellæ requireret Judicem alterius provinciæ,ut exequeretur publicum inſtrumentum, non poterit requiſitus annuere requirenti, ſi ibi tale inſtrumentum paratam non obtineat exequutionem; ita Cancer *num.*20.

Ad Num. 4.

Chirographum, ſive privata ſcriptura à debitore judi- 28
cialiter recognita, de jure Regio paratam exequutionem meretur,*l.*5.*tit.*21.*lib.*4.*Recopilat.*Parlador.*dict.cap. fin.part* 1.§.5.*à princip.* Carleval.*ſup.tom.* 2.*tit*2.*diſp.*8.*n.* 2.*& tit.*3 *diſp.*6.*n.*39.Guttier.*d.lib.*1.*practicar.q.*221.*à.n.*1. Azeved. *in l.*2.*num.*2.*tit.*21.*lib.*4.*Recopilat.*Greg. Lop. *in l.* 119.*gloſ.*4. *tit.*18.*part.*3.Paz *d.part.*4.*cap.*1.*n.*21.Avendañ.*in cap. Prætor.part.*2.*c.*31.*num.*1.Cur.Philippic.§.6. *n.* 1. Aviles *ſup.d. verb.execution.n.*33.Villadieg.*d.cap.*2.*n.*28.Quæ recognitio fieri poteſt de mandato Judicis coram apparitore, vel Tabellione,*l.*6.*tit.*21.*lib.*4.*Recopilat.*ubi Azeved. Paz *d. cap.*1. *n.*24.Cur.Philip. *ubi proximè.*

Sed chirographum non recognitum exequutioni manda- 29
ri non poteſt,quamvis contrahentes expreſſerint, ut ex eo via exequutiva experiri liceat,Amat.*variar.lib.*1. *reſolut.*8. *num.*20. ubi alij,Azeved. *in l.* 5.*num.* 2. *tit.* 21. *lib.*4. *Recopilat.*Cancer.*ubi ſup.num.*5. Cavalcàn.*deciſ.* 27. *num.* 18. 19. *part.*2.

Ibi : *Cui illud adjiciendum.*

Quando privata ſcriptura præjudicet alijs creditoribus 30
debitoris?latè traditur per D.Covar.*pract car. c.* 22. *num.*5. Tiraq. *de retract.convent.*§.1.*gloſ.*7.*n.* 43?.

Ibi:*Unde hæc recognitio non retrotrahitur.* 31

Quamquam privatæ ſcripturæ recognitio retrotrahatur ad tempus obligationis contractæ in præjudicium ipſius debitoris recognoſcentis,D. Larrea *Granatenſ. deciſ. diſp.*49.*n.* 14. Tamen quoad creditores alios hypothecarios,qui contraxerunt ante recognitionem, non admittitur retrotractio,ſed à quo recognitum eſt chirographum, habet creditor in hypotheca temporis prioritatem,Guttier *dict.lib.*1.*q.* 125.*n.*8.Didac.Perez *in d.l.*4.*columm.*1090.*verſ.Contrarium, in fine*,Paz *ſup.c.*1.*n.*51.Rebuf.*ad log.Galliæ, tom.*1. *tract. de chirographor.& ſchedular. recognit. in præfat. n.* 26. *& n.*81. *cum ſeqq.*Villadieg. *d. c.* 2.*n.* 32.Hevia Bolaños *in commerc. terreſtri,lib.*2.*c.*12.*de prælat.n.*50.

Quod limitatur, ſi ſcriptura recognita habuerit debito- 32
ris,actrium teſtium maſculorum ſubſcriptionem, quoniam tunc recognitio retrotrahitur ad tempus confectionis, in detrimentum aliorum creditorum habentium publica inſtrumenta quoad prælationem in hypotheca; nam hujuſmodi chirographum, ſubſequuta recognitione, vim obtinet publici inſtrumenti,ut habetur *in l. ſcripturas*, §. *Sin autem.C.qui potior.l.*31.*tit.*13.*part.*5. Sic docent Guttier.& alij proximè laudati,Merlin.*de pignorib.lib.*4.*tit.*1.*quæſt.*15. *n.*4.Gail.*de credit.cap.*4.*num.*151.Ant. Fab.*in ſuo Cod. tit. in quibus cauſ.pign.tac.contrah.& de erroribus.pragmaticor. decad.*1.*error.*1.*num.*17. *& error.*3. Gratian. *diſceptat. forenſ. c.*501.Decian.*conſ.*109.*n.* 19. *lib.* 2. de quo plenè Alexand.
33 Trentacinq.*variar.lib.*2.*tit.de fid.inſtrument.reſol.*12.

Recognitio autem hujuſmodi fieri debet tam à debitore ipſo,quam à tribus teſtibus, qui propria manu ſubſcripſerunt,D.Covar.*d.cap.*22. *num.*5. *in princip.* (quamquam in *verſ.Hinc ſanè*,cogitandum relinquat, an ſufficiat ſola teſtium recognitio ad præfatum prælationis effectum?)Merlin.*ſup.n.*4.Guttier.*ubi proximè*, Hevia Bolaños, *d.c.* 12. *num.*52.Imò hoc ipſum requiritur,ut via exequutiva agi adverſum debitorem poſſit; nam ſi teſtes duntaxat recognoſcant,via ordinaria erit agendum:Azeved.*in l.*5.*nu.*20. *tit.*21.*lib.*4.*Recopilat.*Avendañ *in capit. Prætor. part.*2.*c.* 30. *num.*5.Guttier.*ſup.*Paz,*d.cap.*1.*n.*30. Villadieg.*d.c.* 2. *n.* 28. *verſ.Ac proinde.*

34 Hinc quæritur, ſi tempore recognoſcendi chirographi unus teſtis ex tribus deceſſerit,utrùm debitore, ac duobus ſuperſtitibus recognoſcentibus, præjudicium alijs creditoribus generetur,juxta ſupra tradita? & quamvis diverſæ reperiantur opiniones, quarum Authores congerit Trentacinq.*d.reſolut.*11.*num.*11.ipſe affirmative reſolvit; nam etſi lex omnium recognitionem poſtulet, hoc debet intelligi, quando omnes ſuperſunt,poſſuntque ſuas ſubſcriptiones agnoſcere;alioquin duorum comprobatio ſufficiet, qui regulariter ad probationem in quocunque negotio fidem faciunt:*cap.in omni negotio* 4.*de teſtibus, l.ubi numerus* 12. *ff. eod.*Quæ ſententia verior videtur, ac menti legis conformis.

Ibi : *Quid autem dicendum erit.*

35 Si debitor privatam ſcripturam recognoſcere juſſus non compareat,aut parêre detrectet, habetur chirographum pro recognito, ut exequi poſſit, modò ad hoc perſonaliter citetur, niſi dolosè latitet, ne citari queat. Eſt communis reſolutio,quam ſuſtinent,Azeved. *ſup.ex n.* 13. Guttier.*quæſt.*122.*num.*1.*verſ.Sed his non obſtantibus*,Rebuff *ſup.num.*26.98. Avendan.*n.*4.Avil.*num.*34.Boer.*deciſ.* 295. *num.*19.Parlador.*ſup.part.*1.§.5.*n.*11.Villadieg.*n.*29. Quidquid teneat Paz,*d.cap.*1.*n.*25.Cur.Philippic. *part.*2.§.3.*n.*3. & Parlador.*d.cap fin. part.*5. *n.* 10. ubi ait,ſufficere quod citatio fiat ad domum,ut reus pro recognoſcente habeatur.

*Ad Num.*5.

36 Videas ad hæc,quæ ſequuntur, Menoch. *de arbitrar. lib.*2.*caſ.*53.Trentacinq.*variar.lib.*3.*tit.de ſolutionib.reſolut.* 25.*per totam*,ubi de hac materia latè agit;Borgnin. Cavalcan. *deciſ.*26.*num.*63.*part.*2.

AD CAPUT XII.

Utrum à ſententia ſive laudo Arbitri,vel Iudicis,qui ejus loco,petita reductione ſubrogatur, Appellatio jure permittatur.

SUMMARIUM.

1 *Arbitrorum triplex differentia.*
2 *Quæ remedia competant adverſus arbitrorum ſententias,ad num.* 4.
5 *Reductioni ad arbitrium boni viri utrùm renunciari poſſit?*
6 *Intra quod tempus peti debeat.*
7 *Coram quo Iudice ſit poſtulanda? ad n.*15.
76 *Arbitrorum ſententia,ſive laudo,nemo infamis efficitur.*
17 *Ubi locus appellationi à ſententia arbitri eſt, ejus Superior eſt adeundus.*
18 *Quando ab arbitris appellatio permittatur.*
19 *Si judex ordinarius, ut arbitrator, controverſiam dirimat, ejus Superior ſuper reductione ad arbitrium boni viri cognoſcit.*
20 *Judex utrùm Arbiter,vel Arbitrator eligi queat?*
21 *Seculares prætextu appellationis,aut reductionis, ad Eccleſiaſtica Tribunalia trahendi non ſunt,remiſſivè.*
22 *Utrùm à ſententia Judicis cognoſcentis de reductione ad arbitrium boni viri liceat appellare? & n.* 23. 31. *cum ſequentibus.*
24 *Appellationis auxilium competit ſemper, niſi jure interdictum reperiatur. Quibus caſibus denegetur? remiſſivè. num* 25.
26 *Regulæ ſtandum eſt,niſi exceptio probetur.*
27 *Appellatio an permittatur ab eo, qui pro ſuo arbitrio di cauſa cognoſcit;& num.*28. 29.
30 *Judex appellationis an leges loci, in quo primò judicatum eſt,teneatur obſervare.*
35 *Judex de reductione cognoſcens,eadem æquitate, ac Arbitrator,procedere debet.*
36 *Appellatio,quæ uni ex litigatoribus licet, alteri non denegatur;& è contra.*

PRo intelligentia eorum, quæ ſub hoc capite ſunt per- 1
tractanda, atque ut diſtinctè in re ſatis ambigua procedamus, in qua ſanè non pauci interpretes obſcuritatis vitium incurrerunt, præmittere oportet, Arbitrorum triplicem differentiam agnoſci.Alij ſunt juris Arbitri, qui, jubente lege,à partibus ipſis,vel ab alijs creantur, ut ſecundum legales regulas decidant controverſias, de quibus in *cap.ſuſpicionis* 39.*de offic.delegat.l.arbitro* 9.*ff. qui ſatiſd. cogant.*Alij Arbitri compromiſſarij dicuntur, qui ex mera voluntate contendentium ab eiſdem eliguntur, ut juxta jus,ex bono tamen & æquo,lites dirimant, quorum mentio fit *in cap.Quintavalis* 18.*de jurejur.l.* 23.*tit.*4.*part.*3.*l. ſocietatem* 77.§ *Arbitrorum,ff. Pro ſocio.* Alij denique Arbitri inveniuntur, à juris Interpretibus vulgo Arbitratores nuncupati, qui velut amici conſtituuntur ad diſſidia pro ſuo arbitrio de facto potiùs,quàm de jure componenda;de iſtis agitur in *d.l.*23.*& d.* §.*Arbitrorum,& l. rem non novam* 12.§.1.ibi:*Qui arbitrium peragunt,C.de judic.*Quam diſtinctionem admittunt omnes & videre licet apud Cancer. *variar.reſolut part.*1.*cap.*21.*à princip.*Parlador.*in ſeſquincentur. different.*43.Azeved.*in l.*4.*tit.*21.*lib.*4.*Recopil.*Aug Barboſ.*in collectan.ad Decret.tit.de Arbitr.in rubric.ex n.*6.Rebuff. *ad leg.Galliæ,tit.de Arbitr.art.*1.*gloſ.*3. Cardinal Tuſch.*practicar.concluſion.lit.A conc.*448.Pat Molin. *de juſt.& jur. tract.* 5.*diſp.*30.31.Pet.Greg.*ſyntagmat.jur.lib.*47.*c.*39.*n.*3.*cũſeqq.*

Inter cæteras differentias, quæ inter hujuſmodi Arbi- 2
tros recenſentur, illa ad rem facit, quæ verſatur circa remedium competens ad corrigendum, ſi quid per illos inique definitum eſt. Et in primis ſcire debemus, ab Arbitris juris non minùs,quam à Judicibus appellationem eſſe permiſſam,*cap.ab arbitris* 11.*de offic.delegat.d.l.arbitro* 9. Bart. *l.*1.§.*Interdum, num.* 8.*ff.à quib. appellar. non lic.*Scaccia *de appellat.quæſt.*17.*limit.*13.*num.* 5. Parlador. *different.* 43. *in princip.n.*2. Cancer.*n.*30.Maranta *de ordin.judicior.part.*6.*tit. de appellat.n.*272.Villadieg.*in Politic.cap.*4.*n.*63. Guttier.*in l.nemo poteſt,n.*445.*ff.de legat.*1.A lege enim juriſdictionem accipiunt delegatam,vel mixtam,Molin. *d.diſp.*31. *n.* 2.ubi extraordinariam dixit, quare eorum ſententiæ actionem producunt judicati,Bart.*in l.ult.C.de judic.* Abb.*in cap.* 1. *n.* 21.22.*de re judicat.*Cancer.*ubi proximè.* Marant.*ſup.part.*4. *diſt.*6.*n.*22. Borrell. *de compromiſſo*,§.3.*gloſ.* 1.*à n.*61. Parlador.*n.*1.ſic ab eiſdem ad Principem eſt interponenda appellatio,*d.c.ab arbitris* Cancer.*ubi proximè*,Scacc.*ſup.n.*109.

Ab arbitris ex compromiſſo omninò interdicitur ap- 3
pellatio,*l.non diſtinguemus* 31.§ *Et idem, ff.de recept. arbitr. l.*1.*C.eod.l.ult.tit.*4.*part.*3. quia juriſdictionem nullam habent,nec actio naſcitur judicati ab eorundem ſententijs, prout exprimitur in *d.l.*1.Ita docent Scacc.*d.limit.*13. *cum ſeq.*Parlador.*rer.quotidianar.lib.*2.*cap.fin.part.* 1. §.2.*n.* 23. Sforc.Odd.*de in integ. reſtitut.part.*2.*quæſt.*72.*num.* 44. Menoch.*conſ.*406.*num.*32.Cancer.*num.*5. Villadieg. *ſup.* Imo

 nec